

**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXXVIII. De Pœnitentiis & Remissionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

## De Pœnitentiis & Remissio- nibus.

### TIT. XXXVIII.

*can. Pœ* Pœnæ, de quibus Tit. proximo, fori  
*nitentia.* sunt externi seu judicialis: hoc Tit.  
*4. dist. 3.* agitur de pœnis fori interioris, seu  
*de pœnit.* animæ, id est, de Pœnitentiis & Re-  
missionibus siue Indulgentiis,

*can. Ecce* Quid est Pœnitentia & quotuplex?  
*39. in fi-* Pœnitentia est quædam dolens  
*ne De* vindicta, puniens in se quod dolet  
*pœnit.* commissum. Et est vel *Interna*; scil. vi-  
*dist. 1. &* tus mentis seu aëris interior, quo pœ-  
*can. 1. &* nitemus & dolemus de peccatis; vel  
*6. dist. 3.* quo præterita mala plangimus, &  
plangenda non committimus. Vel *Ex-*

*terna*, & est Sacramentum, quod jam  
baptizatis, sed naufragium passis, id est  
in peccatum mortale lapsis, tanquam  
secunda naufragii tabula ad salutem  
necessaria subservit.

*Concil.* Quæ sunt partes Pœnitentia?  
*Trid.* Partes integrales Pœnitentia, & ma-  
teria quasi proxima (nam materia sunt  
peccata) sunt *Contritio*, *Confessio*, *Satu-*  
*factio*, quibus concurrentibus Pœniten-  
tia peccatorum operatur remissionem.

*Sess. 14.* Quid est Contritio?  
*c. 2. p. 4.* Contritio est animi dolor ac dete-  
statio de peccato commisso, cum pro-  
posito non peccandi de cætero. Quo-

*Quotuplex est Contritio?*

Duplex, alia perfecta, quæ propriè  
Contritio appellatur, & est dolor ac de-  
testatio peccati propter Deum summè  
dilectū, ob ejus bonitatem supernatu-  
ralem, seu ut auctor est gratiæ, ac gloriæ:  
alia imperfecta, quæ dicitur Attritio, &  
est dolor ac detestatio peccati super o-  
mnia, cum proposito vitæ melioris ac  
voto Sarcamenti; non tamen propter  
Deum summè dilectum, sed quia con-  
tritio illa imperfecta vel ex peccati tur- *Trid. d.*  
pitudine, vel ex gehennæ & poenarum *loc.*  
metu communiter concipitur.

*Quid Confessio?*

Confessio est peccatorum suorum Sa-  
cerdoti proprio, habenti jurisdictionem  
& absolvendi potestatem, ad eorum sa-  
cramentalem remissionem obtinendam  
facta declaratio & accusatio;

*Daturne hac potestas cuilibet sacerdoti?*

Conceditur quidem illa una cum *Trid. loc.*  
potestate Ordinis, atque in ipsa ordina-  
tione, sed quasi in habitu & incomple- *cit. &c.*  
tè, quia nequit exire in actum, nisi aut *Sess. 23. c.*  
parochiale beneficium habeat, aut ab *Is. dere-*  
*form.*  
Episcopo per examen ad hoc idoneus  
judicetur, etiam Regularis. Præter-  
quam in articulo mortis vel alio quo-  
unque periculo gravi.

V

Qua

Quia peccata in Confessione sum ex-  
primenda?

Venialia quidem utiliter, sed non ne-  
cessariò : mortalia vero omnia aperitè  
len. hic & distinctè , quantum post diligens  
§. 3. conscientiæ examen fieri potest, una cū  
circumstantiis notabiliter aggravanti-  
bus aut minueratibus, exprimenda sunt.

Quid est Sigillum seu secretum Con-  
fessionis?

Est obligatio celandi & non revelan-  
di ea, quæ in Confessione sacramentali  
Trid. Sess. dicuntur & audiuntur, non tantum o-  
14. c. 8. mnia peccata mortalia aut venialia, sed  
circa fin. & omne id , per quod peccatum in  
c. 9. Confessione detectum directè vel in-  
can. 85. directè quoque modo posset revo-  
depœnit. lari, in genere vel in specie.  
dist. 1.

Quid est Satisfactio?

Est solutio pœnæ pro peccato, quam  
vel Sacerdos per potestatem clavium,  
non ad solvendum duntaxat, sed & ad  
ligandum sibi concessam, pro mensura  
Trid. Sess. delicti imponit , vel ipse pœnitens  
14. c. 8. sponte sua pro vindicando peccato ful-  
circa fin. cipit. Vel Satisfactio est quedam com-  
c. 9. pensatio Deo facta pro injuria ei illata  
can. 85. per peccatum; cum proposito eum ame-  
depœnit. plius non offendendi, & spe venia.  
dist. 1.

Quae hic dicuntur Remissiones?  
Remissiones nihil aliud sunt quam

la.

Indulgentiæ, per quas tollitur pœna  
temporalis peccati, quæ remanet sub-  
lata per Confessionem & contritionem  
peccati culpa.

*can. Pœ.  
catum  
depœnit.  
dist. 1.*

*Quotuplices sunt Indulgentia?*

Sunt vel *Private*, quæ à singulis Sa-  
cerdotibus, qui curam habent anima-  
rum, dari possunt, juxta illud, *Quod-*  
*cunque solveris, e&c. vel Publica*, quæ c. *Quod-*  
*non conceduntur nisi à S. Pont. & cæ-*  
*teris Episcopis, sed quorum hac in par-* *cunque*  
*te, limitata est potestas ad certum tem-* *XXIV.*  
*pus, certumque numerum dierum, qui*  
*excedi non potest, nimirum in conse-*  
*cratione Ecclesiæ non ultra anni unius*  
*spatium, & in anniversario consecra-*  
*tionis XL. dierum. Solisque subditis*  
*prosunt hujusmodi indulgentiæ, Ple-*  
*nissimam & generalem remittendi po-*  
*testatem habet S. Pont. & peccatorum*  
*omnium veniam concedit.*

*qu. 1.*

*c. 4. in  
fine & c.  
ult. eod.  
in 6.*

## De sententia Excommunica- tionis.

### TIT. XXXIX.

Restat gravissima omnium pœnarum  
Ecclæsticarum Excommunicatio,  
animam delinquentis occulto velut  
gladio penetrans, qua Ecclæsia re-  
belles suos ac contumaces ferire so-

V. 2 let;